



DE IVRE ET PRÆSTANTIA
CHEMICORVM MEDICA-
MENTORVM,

Dialogus Apologeticus.

PHILERASTVS. CHEMISTA.

APERVI præceptor meo consilium meum
de fallendo Chemista. laudat, commendat,
prædicat, votis etiam promouet hoc opus,
meque vario telorum genere & technarũ
multitudine instruxit. Tamen, ne mentiar,
tam apro Ætolicò, cum vrsò, leone, excetra certare maue-
am, quã cum Chemistis: qui alloquentem terribimo sulphu-
s odore, aut mercurialibus fumis totum obruunt. Audio
etiam quendam Chemistam haud longe hinc commorari,
qui nos Galenistas ceu haleces sale conliturus est, & postea in
amo suspensurus. Pol, nisi me signum fallit, hic habitat in vi-
inia. sed ecce hominem egredientem. Audite cælum & terra,
um Dædaleos comminiscar dolos, totamq; huius peritiam
oua simulatione perdiscam. CH. Phy. aut carum siluestrem,
ut mustelã hac transijisse arbitror; ita olet male. PH. Adibo? si-
tam. sistam? imo certa est mens. quærà, quo quo hinc remotus
st gentium. CH. Salue aduena. PH. Et tu inquiline, salue. CH.
Quem tam solícite quæris, hospes? ei si quid ego adiumento
inueniendo, impera. PH. Pol humanitatem tuam accipio,
& in patriam denuo reuersus ipsam prædicabo lubens. Che-
mistã quæro. cui inueniendo quantã mea gratia operã dede-
is, tantũ te semper arctius amauero; prima occasione oblata
reddã mutuũ. CH. Tametsi tanto vix quispiam nomine dign⁹
sit, nihilominus me ita à populo vocari, nolo ire inficias. PH.
O me felicem Philerastum, qui in ipso portu merces video de-
ideratas. Quis aut qualis Deus cuiq; similẽ opportunitatẽ? mi-
nere, mi patrone, mi pater optatissime, salue. CH. Nugas agis,
Phileraste. neq; enim me tibi herum, vel te mihi seruum fuis-
se, vn-